



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Colloquium inchoatur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

fessores, aderant. Sed Hæretici per vim, ac potestatem tyrannice omnia administrabant.

*Colloquium
inchoatur.*

Pridie Idus Septembris conuentum primum est, deq; forma ineundi Colloquij cœptum est susceptari. Nisi enim certū quid statuatur, in qua pars vtraq; consentiat, sitq; instar normæ, ac regulæ, ad quam res controuersæ reuocentur, incassum colloquutionem de partibus conciliandis institui. Id Euangelici, hoc est hostes Euangelij, non negabant, sed contendebant ex verbo Dei duntaxat puro, ac puro vt aiunt, agendum. Catholicis vero hæc postulabant, primum vt integer diuina scripturæ canon reciperetur, sicut ante mille annos ab Ecclesia receptus, & approbatus est. Deinde, vbi de vero sacra scripturæ, verbiq; Dei sensu controuersia esset, ea ex Patrum, & veteris Ecclesiæ consensu diiudicaretur. Postremò, quoniam Colloquium non nisi duas inter partes futurum erat, Catholicos inter, ac Protestantés, Sectas aliàs à Confessione Augustana secernerent, damnarè que. Hic vero apparuit, vt ait Canisius, Gigantes illos extruere Babylonem. Immisit in eos Deus spiritum confusionis, vt inter se digladiarentur: & Philippus Melanchthon, consentanea iis pœna,

Heretici inter se dissident.